

Gradual and Tract 1st Sunday Lent Extraordinary Form

Ps. 90:11-12

GRAD II

A nge-lis su- is mandá-vit **de te** : * ut custó-di- ant te in ómni-bus vi- is
 tu- is. 2. In má-ni-bus portábunt te : * ne forte offéndas ad lá-pi-dem
 pedem **tu-** um.

Ps. 90

TRACT II

Q ui há-bi-tat in adju-tó-ri-o Altíssimi, * in pro-tecti- óne De- i cæ-li
 commo-rábi-tur. *Flex* : in di- e, †

2. Dicit Dómino : Suscéptor meus es tu, et refúgium **meum** : * Deus meus sperábo *in eum*.
3. Quóniam ipse liberávit me de láqueo **venántium**, * et a verbo **áspero**.
4. Scápolis suis obumbrábit **tibi** : * et sub pennis ejus **sperábis**.
5. Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre **noctúrno**.
6. A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte in **ténebris** : * ab incúrsu et dæmónio **meridiáno**.
7. Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris **tuis** : * ad te autem non appropinquábit.
8. Verúmtamen óculis **tuis** considerábis : * et retributióнем peccatórum **vidébis**.
9. Quóniam tu es, Dómine, spes **mea** : * Altíssimum posuísti refúgium **tuum**.
10. Non accédet ad te **malum** : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo **tuo**.
11. Quóniam Angelis suis mandávit **de te** : * ut custódiant te in ómnibus **viis tuis**.
12. In máníbus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem **pedem tuum**.
13. Super áspidem et basilíscum ambulábis : * et conculcábis leónem et **dracónem**.
14. Quóniam in me sperávit, liberábo **eum** : * prótegam eum quóniam cognóvit **nomen meum**.
15. Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : † cum ipso sum in tribulatióne : * erípiam eum et glorificábo **eum**.
16. Longitúdine diérum replébo **eum** : * et osténdam illi salutáre **meum**.